



Dum fluctu vnda maris curretq; per aethera phoebus,
 Viuet Carmeli candidus ordo mihi.

FRATER IOANNES BAPTISTA RVBEVS RAVENNAS.

S. Theo. Doct. Prior, ac Magister Generalis, et Seruus omnium fratrum sanctimonialiumq; ordinis
 beatissime Dei genitricis perpetuoq; virginis Mariae de monte Carmeli. Dilecti nobis in Christo

Salutem, et per orationes, ac sancti Spiritus gratiam, iugeq; presidium, celestis regni aditum sempiternum. Deus excelsus humilia respiciens, sua bonitate sic excitat, et inflammat mortalium animos, moleq; tarditates arceat ab eorum gressibus, ut usq; eo ferueant, ne rem vllam praetermittant eorum saluti necessariam. Hinc (Dei mandatis semper in conspectu et a fronte existentibus) prodeunt diuersa hominum studia, vix impares, mores et ritus plurimi (vna tamen fide) quibus iuste optata consequuntur. Alii namq; ieiunijs, alij elemosinis, alij orationibus intendunt. Haec desunt, qui actiue tantum, vel contemplatiue solum, vel vtriq; simul vacent, prioribus non omissis. Imo quidam (relictis omnibus propter Christum) vitam regularium hominum petunt, atq; zelo magno amplectuntur eorum conuocationem. Ex his perspicuum extat, ad vitam salutarem ineundam ac fructuosam, incoluisse Pontem Carmeli Iherosolymam, et Iudaeam, et post eos alios Prophetas, filiosq; Prophetarum multos: qui postea Sanctissime matri Dei, ante omnes alios muniti, magna frequentia, et multitudine probatissimorum virorum sanctissime eius insigniti titulo, ac tantae Patris patrocinio peculiari ante omnes alios Sacellum dicantes et construentes, pulcherrimo videntur floruerunt: ob quorum sanctimoniam, ob mores optimos, ob exempla conspicua ut plurimum prouentus maxime utilitates eorum laboribus in ecclesiasticis (ob eiusdem Beatissime matris reuerentiam) innumeris Indulgentijs, gratis, indultis, immunitatibus cumulate perpetuoq; collustrata. Tot cer- ex Christi fidelibus sint permoti, et optimo duci consilio, Religionis ipsius nostrae Carmeliticae confraternitate inire et subire voluerunt, cum ad huius vitae insidias, perniciosam tabem, et improbitates nimias euadendas, tum ne tot gratiarum, et privilegiorum exertes exortese relinquere-
 hoc zelo excitat et inflammat inceden saluti, nobis ex animo exposuit valde
 optare in nostri ordinis Carmelitici societatem suscipi, fratribus, Confratribus et Sororibus nostris adiungi, idq; literis patribus nostris contestari. Nos au-
 ctoritate nostri Generalatus officij serie presentium volentes votis annuere recipimus, et acceptamus

atq; nostrae societati et Religioni beatae Virginis Mariae de monte Carmeli annexae et coniunctae esse declara-
 mus: Dominum nostrum Iesum Christum (a quo omne bonum promanat, et profunditur) toto pectore orantes eius beneficentissima charitate diu-
 nis muneribus, et consolationibus prosequi. Cuius omnipotentis Dei benignitate clementia, et liberalitate non solum et fidei significamus
 de nostra Religione bene merent, fauoribus et suffragijs in nostram conuocationem nunc coniunctae plurimum Summorum Pontificum
 et auctoritate, omnium orationum, disciplinarum, precum, suffragiorum elemosinarum, ieiuniorum, peregrinationum, vigiliarum, missarum,
 rarum Canoniarum, ac ceterorum bonorum spiritualium, quae passim die noctuq; nostris Religiosis (cooperante misericordia Iesu Christi) peraguntur, si
 partem et consuetudinem. Amplius significamus singulis diebus quadragesimalibus, et alijs cuiuslibet anni temporibus, et diebus stationum Basilica
 et ecclesiarum alme Urbis Romae, et extra muros, deuote visitando ecclesiam nostram ubi residere seu declinare conuerit, tot ac similes indulgentias, et pec-
 torum remissiones, nec non purgatorio alias gratias in indice stationum alme Urbis contentas et expressas consequi, quas consequere si singulis diebus eadem
 dicte Urbis, et extra eam ecclesias, pro stationibus huiusmodi deputatas personaliter visitare. Insuper, tempore cessationis a diuinis, dum modo causam
 non dederit huiusmodi interdicto seu cessationi, neq; impediri quo minus pareatur Apostolico interdicto, clausis ianuis, excommunicatis et interd-
 ctis exclusis, et. Diuinis officijs et missis interesse, atq; alia sacramenta ecclesiastica a sacerdote idoneo suscipere poterit, et ab humanis deceden
 corp cum aliquo honesta funerali pompa tradere sepulture, iuxta seriem literarum Apostolicarum Clementis. vii. Pont. Max. de cuius potestatis plenti-
 tudine immunere indulgentiae et gratiae conceduntur, et applicantur, exceptis his quae sacrosancti Concilij decretis aduersantur. Peculiariter aus-
 tem declaramus frui Privilegijs, quae in Bulla (vulgo nuncupata Sabbatina) continentur, videlicet quod Dei genitricis, ac perpetuo virgo Maria, pie-
 tatis et misericordiae vera mater, suis continuis intercessionibus et peculiari auxilio (iuxta seriem literarum Apostolicarum Ioan. xxi. Alex. v. Clementis. vii.)
 post obitum prima die Sabbati, animam in purgatorio persistentem adiuuabit. Sed oportet (status honestate seruando) a carnibus ab-
 stinere die mercurij et sabbati, nisi ijs diebus festum Natiuitatis Iesu Christi aduenerit, aut infirmitas, vel debilitas, vel necessitas aliqua adegerit, et im-
 pulerit. Haec omnia in alijs prioribus literis nostris non expressis, hic inserere placuit, quia post illas literas, nobis allatae fuerunt litterae Apostolicae Summi Pontif.
 Clem. vii. in quibus haec omnia continentur. Quia ergo ad nostram pertinet Confraternitatem, vltra gratias superius enarratas a sancta sede Apo-
 stolica concessas, mandamus omnibus nobis inferioribus in virtute sanctae obedientiae, cum dies obitus ad eorum noticiam peruenerit, faciant in omnibus
 Conuentibus et locis nostris, quae pro fratribus et sanctimonialibus nostris fieri consueuerunt, tum exequias, tum officia, et missas celebrando. Amplius in Co-
 munitis nostris Generalibus fiat mentio, ut omnes nostri regulares illic consistentes pro ordinis nostri beneficentissimis, quemadmodum pro alijs et
 fratribus, vel qui vitam viuunt, vel e vita exiuerunt, et Religiosis nostris conuentuum, et impendunt dederunt, preces apud Deum effundant, Beatissimam
 Virginem Deiparam, Patres nostros Iherosolymam, Heliseum, Hylarionem, Angelum, Albertum, Cirillum Patriarcham Alexandrinum exorant, et paruo
 sacrificijs, ac alijs sanctis orationibus succurrant et optulentur. Nostrum omnium fide et testimonio, has patentes nostra manu, nostroq; medio
 sigillo munitas, confici mandauimus. Datum *Hyspali Die 8. Octobris. 1566*





Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

trae
boe
eri
u,
ca

9951